

MAMERTINVS I. PRAESVL VVIENNENSIS.



Mamertinus corporis & animi rara fortitudine præditus fuit. Hisce etiam literarum cognitionem & pietatem uitæ adiunxit. Itaque cum Athila Hunnus Pannoniam utramq; & Noricum uastaret, ipse militum tribunus factus fortiter cum alijs ei restitit. Cum autem is uita functus esset, atq; prouinciæ ad tempus quiescerent, Deo gratias egit, ac animum ad sacras literas appulit. Id cum S. Seuerinus intellectisset, eum Fabianis, municipio in collimitijs Pannoniæ & Norici, Episcopum ordinauit Gelasio Pontifice adsentiēte, circa annum Christi quadringētesimum sexagesimum sextum. Itaq; Mamertinus magna diligētia eam Ecclesiam

uerbo Dei plantauit, atq; plurimos ab Idolorum cultu ad Christum conuertit. Postea successit
2 Marcianus.